

S. STEPHANUS. <sup>38</sup>  
TRAGŒDIA

Filialis observantiæ, Honoris, Gratitude,  
& Xenij titulo

*Illustriss. Domino Dnō Comiti*

STEPHANO  
DE CSAK,

Perpetuo terræ Scepusiensis, ejus-  
demq; Comitatus Supremo Co-  
miti, S. C. Rq; Māttis Consiliario &  
Camerario; Tavernicorum Rega-  
lium per Ungariam Magistro, &c. Pa-  
renti suo colendissimo

Ab

*Illustriss. Comitibus Stephano Ladislaog  
Filiis, caterisq; Gymnasij Societatis Jesu  
Scepusij Actoribus in Scenam  
data.*

Anno Christi. 1651. Die 1. Januarii.

*ARGUMENTUM.*  
**S**. Stephanus, unus è primis septem Diaco-  
nis, quòd Natum Messiam Judæis prædicasset,  
multaq; signa, & prodigia plenus spiritu & gra-  
tiâ fecisset in populo, a Synagoga Libertino-  
rum, Cyrenensium, & Alexandrinorum frustra  
oppugnatus, tandem per falsos Testes substi-  
tutos blasphemix insimulatus in Deum &  
Moysem, lapidibus obruitur. *Actor. c. 6. & 7.*

---

*P R O L O G U S.*

**S**cepusiensis Gymnasij Genius dum feliciora  
Anni quinquagesimi primi Illustriss. Domi-  
no Comiti, Reverendiss. Vaciansi Episc. cæte-  
risq; Auditoribus ominatur auspicia, Stephani  
Theatrum Protomartyris, Illustriss. Domui  
Scepusiensi aperit prospectan-  
dum.



ACTUS I. SCENA I.

Stephanus ferream Martis in Templo Jani concludit portam, & Auream PACIS Aureæ ita recludit Januam, ut dum Incarnationem PACIS æternæ Judææ toti intendit proponere, suum jam inde ab Incarnata Pace Martyrium ediscat. Neq; tamen à suo terretur proposito; sed quem semel se prædicaturum Messiam animo statuerat, eundem sub Rupe Bethlemlia ceu Deum adorat.

SCENA 2.

Multos Judæorum prædicatione ad credendum Messiam pertrahit; eosq; quomodo in cordibus hominum nascatur Deus, informat.

SCENA 3.

*Et Verbum Domini crescebat; & multiplicabatur numerus Discipulorum in Jerusalem. Multa etiam turba Sacerdotum obediabant Fidei (: Act 6. v. 7 )* Novog; Messie applaudunt.

SCENA 4. & 5.

Testimonio S. Augustini septem mortuos resuscitat, & obsessos à Dæmonio liberat. *Stephanus quippe plenus gratiâ, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo. Ib: v. 8.*

CHORUS.

Plausus eorum qui à Mortuis sunt revocati.

ACTUS II. SCENA I.

His visis Synagoga Libertinorum commota, de Stephano subvertendo inquit consilium.

INTERMEDIUM I.

SCENA 2.

Stephanus à Spiritu S. & instruitur, & confortatur.

SCENA 3.

*Surrexerunt ergo quidam de Synagoga Libertinorum disputantes ( de Messia nato ) cum Stephano, & non poterant resistere Sapientia, & Spiritui qui loquebatur. Ibid. v. 9 & 10. Unde plures etiam in Messiam credentes, doctrinam Stephani sequuntur.*

SCENA 4.

*Libertini novo pugnandi genere aggrediuntur Stephanum: à Dolo quippe circumventi, submiserunt viros qui dicerent se audivisse eum dicentem verba blasphemiae in Moysen, & in Deum. Ibid. v. 11.*

INTERMEDIUM II

SCENA 5.

*Falsò imposita Stephano blasphemia per Testes impios proclamatur.*

ACTUS III. SCENA I.

*Commoventur itaq, plebs, & Seniores, & Scribas, & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in consilium. Ibid. v. 12.*

SCENA 2.

*Et statuerunt falsos Testes qui dicerent. Homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum. Audivimus enim eum dicentem, quòiam JESUS Nazarenus hic, destruct locum istum; & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses. Ibid. v. 13, & 14.*

SCENA 3.

*Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus, tanquam faciem Angeli, (Ibid. v. 15.) cujus aspectu Testes falsi terrentur.*

SCENA 4.

*Nihil proficiente excusatione Stephani, in carcerem traditur.*

CHO.

C H O R U S.

Cœlestes Genij dum captivum desinent Stephanum, ejusdem jam catenato Genio sicut obvii, eumq; ad Messiam sub rupem Bethlemiam præducunt; Hic à Jesu sibi texti coronam videt Stephanus, & ut in conspectu Regis sui possit emori, Bethlemiam rupem castrorum loco sibi designat.

A C T U S IV. S C E N A I.

Furor, Judææ Genium quaquâ potest inflamat: utq; juxta Legem blasphemum lapidet, persuadet.

S C E N A 2.

Furiæ infernales ab orco evocatæ petras in lapides diruunt, & in lapidationem Stephani disponunt: sub rupem Bethlemia Stephani lapidant Genium, & futuro martyrio præludunt.

S C E N A 3.

Quid in re adeò difficili concludere Pilatus debeat, secum ipse disquirat; sed Furore tandem prævalente lapidandum decernit.

S C E N A 4.

Novo iterum judicio Stephanus sistitur, & ultimam Judicis sententiam his verbis excipit. *Durâ cervice, & in circumcisus cordibus, & auribus semper Spiritui Sancto resistitis, sicut Patres vestri, ita & vos. Quem Prophetarum non sunt persecuti Patres vestri? & occiderunt eos qui prænucciabant de ADVENTU JUSTI, cujus vos nunc proditores, & homicida fuistis.* Cap. 7. v. 51. & 52.

S C E N A 5.

*Audientes autem hæc dissecabantnr cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.* Ibid. v. 54. *Cùm autem esset plenus Spiritu Sancto,*

*Et, intendens in cælum vidit gloriam Dei, Et JESUM stantem à dextris virtutis Dei; & ait Ecce video cælis apertos, & Filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Ibid. v. 55. Exclamantes autem voce magnâ continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimitè in eum. Ibid. v. 56. & eicientes eum extra civitatem lapidabant. Ibid. 57.*

### SCENA 6.

*Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes Adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem: Domine JESU suscipe Spiritum meum. Ibid. v. 58. Positis autem genibus clamavit voce magnâ dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino. Ibid. v. 59.*

### SCENA 7.


*Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, & omnes dispersi sunt per regiones Judeæ, & Samariæ, præter Apostolos. Cap. 8. v. 1.*

### SCENA 8.

*Curaverunt autem, (& sepelierunt) Stephanum Viri timorati Gamaliel, & Nicodemus. & fecerunt planctum magnum super eum. Ibid. v. 2.*

### EPILOGUS.

*Christianos in luctu positos cœlestes solantur Genij, & ex lapidibus Martyris, novum sepulchrum Stephano, novam Deo DOMUM componunt, STEPHANI & titulo, & insignibus structuræ illi affixis.*



# NOMINA ACTORUM.

S. Stephanus. D. C. Stephanus de Csák. Rhetor.  
 Spiritus S. C. Ladislaus Vesseiny. Grammatista.  
 Pilatus. Georgius Horvath. Rhetor.

	<i>Andreas Hariyanp.</i> <i>Melchior Domik.</i> <i>Emeric: Kis.</i> <i>Joannes Rothlauff.</i> <i>Christophorus Lehocki.</i>	} <i>Syntaxist:</i>
Aula Pilati.	<i>Joannes Dovorany.</i> <i>Ladislaus Körösi.</i> <i>Petrus Horanski.</i> <i>Franciscus Suabi.</i> <i>Stephanus Görgei.</i> <i>Matthias Sirocki.</i> <i>Balthasar Lehocki.</i> <i>Andreas Harmath.</i>	} <i>Grammatist:</i>
Liberti ni.	<i>Joannes Nagylssenci.</i> <i>Petrus Fekete.</i> <i>Joannes Talarkovicz.</i> <i>Joannes Urbanovicz.</i> <i>Martinus Paulukovicz.</i> <i>Petrus Kotelszki.</i>	} <i>Rhetores.</i>
Judzi.	<ol style="list-style-type: none"> <li>1. <i>Christophorus Horvath.</i></li> <li>2. <i>Albertus Skultety.</i></li> <li>3. <i>Georgius Robertus.</i></li> <li>4. <i>Matthaus Zarsöcki.</i></li> <li>5. <i>Adamus Kiszöel.</i></li> <li>6. <i>Andreas Harmat.</i></li> <li>7. <i>Ignatius Igovicz.</i></li> <li>8. <i>Michae: Repasi.</i></li> <li>9. <i>Cosparus Hedri.</i></li> </ol>	} <i>Rhetores.</i>
Patres Mortuorü	<ol style="list-style-type: none"> <li>1. <i>Petrus Zivetzki. Rhetor.</i></li> <li>2. <i>Georgius Koszötolany.</i></li> <li>3. <i>Georgius Kiszöelius.</i></li> <li>4. <i>Martinus Szuchnovicz.</i></li> </ol>	} <i>Poeta.</i>

Mortui resuscitati }  
 1. Comes. Ladislavus de Crák.  
 2. Comes. Ladislavus Vesselény.  
 3. Franciscus Török.  
 4. Joann. Harsagi, Infim:  
 5. Franciscus Fekete.  
 6. Stephanus Desúfi.  
 7. Andreas Bersovici.

Testes Falsi }  
 1. Albertus Skultetus.  
 2. Georgius Robertius.

Dolus. Aloysius Laki.

Genius. Judaa Palus Dobolinus. } Poëta.  
 Genius Stephani. Nicol: Tarnoci. }  
 Jesulus. Ignatius Scheitt. Infim:

Genij Diversi }  
 1. Joannes Szikszai. Grammat:  
 2. Daniel Simonis, Infim:  
 3. David Belevari.  
 4. Petrus Incedi.  
 5. Adamus Kende.  
 6. Páulus Prokop.

Furia Infernalis }  
 1. Martinus Mraz.  
 2. Jakobus Snyurka  
 3. Christophorus Rossa.  
 4. Sigismundus Czernicki.

Gamaliel, Andreas Harmath. } Rhetores.  
 Nicodemus, Georgius Horvath. }  
 Furor. Michael Nagylefenci, Poëta.

O. A. M. D. G. & Bæ. Vis. Mis. Mæ.  
 nec non S. Stephani Protomartyris  
 Honorem.

32(0)22  
 3